DE ANTHRACE CONTAGIOSO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITTERARIA
FRIDERICA GUILELMA
AD SUMMOS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE IMPETRANDOS
DIE XV. MENS. JANUARII A. MDCCCXXXIX
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

FRIDERICUS GUILELMUS HERBST
SALA-CALBENSIS.

OPPONENTIBUS:
. ESCH, MED. ET CHIR. DD.
LIEBE, MED. ET CHIR. CAND.
. SCHRAEDER, MED. ET CHIR. DR. ET MED. PRACT.

BEROLINI,
TYPIS FRATRUM SCHLESINGER.

PATRI OPTIMO

FILII PIETAS.

Introductio.

[nter omnes morbos, qui ad homines ab animalibus per ontagium transferuntur, et propter vehementiam sympto- ıatum et propter frequentiam et propter stragem, quam uibusdam temporibus humano generi infert, principem uodammodo obtinet locum anthrax contagiosus. Hic ıtem morbus, quamvis secundum sententiam celeberrimi chœnlein tam vetus est, quam ipsum genus humanum, ımen recentiori demum ævo accuratius a medicis descrip- ıs ejusque causa explorata est. Quod attinet ad geo- raphicum, quo circumscribitur, spatium, observatus est eque sub zona frigida, ac temperata, ac torrida, in orbe ovo et antiquo, scilicet in Europa, Asia, America. Sic iam morbis patriae nostrae adnumerandus est; sed quibus- an in locis dum morbus rarissimus, isque sporadicus, rtum occurrit, aliis in regionibus interdum epidemicus bservatur, in aliis tam frequens, ut quasi endemicus haberi

queat. Talis regio est patria mea, quapropter saepius hunc morbum videndi occasio mihi oblata est. Praesertim in schedis patris, qui jam ab exordio hujus saeculi morbum nostrum in hac regione observavit, nonnulla collecta inveni, alia ab eo mecum communicata impetravi, quae me impulerunt, ut dissertationem conscriberem de anthrace contagioso, cum in universum, tum de endemico in agro, qui extenditur ab ostio Bodae cum Sala usque ad ostium Salae cum Albi. Priusquam vero de morbo ipso loquamur, nonnulla praemittenda erunt de hujus regionis situ et natura.

Boda amnis ex Hercynia silva defluens, antequam in Salam effunditur, Stasfurtum oppidum alluit, et milliarii spatium emensus prope Nienburgum, oppidum Anhaltinum, cum Sala conjungitur. Ab hac confluentia post alterum milliarium Sala Calbam urbem tangit et tertium post milliarium Roseburgum pagum irrigat; sed mox deinde Albis eam excipit. Totum igitur spatium, quod Boda ab oppido Stasfurto usque ad ostium cum Sala, et Sala a confluentia cum Boda usque ad ostium cum Albi emetitur, circa tria milliaria cum dimidio aequat. In hac, quam modo descripsi, regione anthrax contagiosus observatur praesertim in oppidis Stasfurto, Nienburgo, Calba et in pago Roseburgo. Totus hic ager continuam fere planitiem exhibet. Rupes et montes nulli, silvæ sensu strictiori nullae; regio igitur aperta est omnibusque ventis pervia. Solum habet pingue omnisque generis frumento colendo aptissimum. At juxta fluviorum ripas prata et pascua plurima extenduntur, pecoribus alendis destinata, quae vere praesertim aquis Bodae Salaeque inundantur, quare

graminum soboles limo obducitur et corrumpitur. Injuriae tam aëris quam telluris, ut subitae vices ventorum et temperaturae, nec non pabula inundationibus corrupta, efficiunt pecorum morbos. Praeterea res rustica, praesertim pecuaria, ibidem diligentissime colitur. Quid igitur nirum, quod hac in regione, imprimis si aestas ardore et siccitate insignis est, anthracem contagiosum inter pecora saevissime grassari videmus. Quamvis autem hic morbus am boves quam oves adgreditur, et illis praesertim Roseburgi magnas clades interdum infert, crebrius tamen ipud oves observatur, quod in aliis regionibus rarius fit, et eo fortasse explicatur, quod boves magis in stabulis, oves autem pascuis aluntur, ergo inimicitiis cœli et aëris najore gradu obnoxiae sunt. Sues aliaque pecorum genera rarissime lue corripiuntur. Ab ovibus hac lue lefunctis contagium autem multo crebrius ad hominem lefertur, quam a bobus, maxime propterea, quod illarum ana varios ad usus ab hominibus praeparatur.

Quam frequens anthrax contagiosus in hac regione pud homines observetur, hae demonstrabunt tabulae, uae numerum omnium aegrotorum continent, qui intra ertum annorum spatium Calbae, Nienburgi, Roseburgi a nedicis curati sunt.

I. Numerus aegrotorum, qui Calbae a patre ab anno IDCCCI usque ad annum MDCCCXVIII et ab anno IDCCCXVIII usque ad annum MDCCCXXXVII a patre t orbis Calbensis chirurgo forensi Braconier anthrace contagioso curati sunt.

Annus	Numerus aegrotorum	Numerus sanatorum	Numerus mortuorum
1801	3	2	1
1802	1	1	
1803	4	4	
1804	7	6	1
1805	9	8	1
1806	6	6	
1807	15	13	2
1808	9	9	
1809	7	7	
1810	6	6	
1811	18	16	2
1812	11	11	
1813	10	9	1
1814	9	9	
1815	11	11	
1816	8	8	
1817	4	4	
1818	6	6	
1819	29	28	1
1820	3	3	
1821	6	6	
1822	10	9	1
1823	3	3	
1824	5	5	
1825	7	7	
1826	29	28	1
1827	23	23	
1828	9	9	
1829	8	8	
1830	4	4	
1831	9	8	1
1832	7	6	1
1833	7	6	1
1834	30	28	2
1835	11	10	1
1836	6	6	
1837	5	5	
Summa	355	338	17

I. Numerus aegrotorum, qui Nienburgi a doctore med. Siederer, duci Anhaltino-Cotheniano a consiliis aulicis, curati sunt.

Annus	Numerus aegrotorum	Numerus sanatorum	Numerus mortuorum
1812	4	3	1
1813	5	5	
1814	7	7	
1815	5	5	
1816	6	6	
1817	6	5	1
1818	8	8	
1819	7	7	
1820	7	7	
1821	5	5	
1822	8	7	1
1823	4	4	
1824	7	7	
1825	8	8	
1826	11	11	
1827	9	8	1
1828	6	6	
1829	4	4	
1830	5	5	
1831	5	5	
1832	2	2	
1833	3	3	
1834	8	8	
1835	5	5	
1836	1	1	
Summa	146	142	4

III. Numerus aegrotorum, qui a chirurgo Linkewitz Roseburgi curati sunt.

Annus	Numerus aegrotorum	Numerus sanatorum	Numerus mortuorum
1821	3	3	
1822	1	1	
1823	3	3	
1824	2	2	
1825	4	4	
1826	2	2	
1827	3	3	
1828	1	1	
1829	4	4	
1830	1	1	
1831	2	2	
1832	1	1	
1833	3	3	
1834	25	24	1
1835	2	2	
1836	3	1	2
Summa	60	57	3

Proh dolor! is medicus, qui morbum nostrum Stasfurti multos per annos observavit, doctor med. Stumpf, regi nostro a consiliis aulicis, numerum aegrotorum anthrace contagioso laborantium non accurate annotavit, sed partim ex litteris ejus trimestribus ex officio scriptis, partim ex iis, quae benevole cum patre communicavit, certo

conjici potest, numerum horum majorem esse, quam eorum, qui Nienburgi curarentur, parem fere aegrotorum numero Calbensium; nec minus proportio sanatorum et defunctorum eadem est. Si igitur summam eruere volumus omnium aegrotorum, qui certo annorum spatio in tota regione observati sunt, et computamus numerum eorum, qui ab anno MDCCCXXV usque ad annum MDCCCXXXVI, id est per duodecim annos curati sunt, videmus, fuisse hoc tempore

Calbae	aegrotos 150,	sanatos 143,	mortuos 7
Nienburgi	- - 67,	- - 66,	- - 1
Roseburgi	- - 51,	- - 48,	- - 3
Summa	- - 268	- - 257	- - 11.

Sin, ne plus vel minus debito accipiamus, pro certo fere habemus, hoc tempore Stasfurti centum aegrotasse et quatuor mortuos esse, in tota regione per duodecim annos homines CCCLVIII in morbum inciderunt, e quibus quindecim defuncti sunt; e centenis igitur aegris quaterni circiter aut quini mortem occubuerunt, et singulis annis circiter triginta homines anthrace contagioso laborantes observati sunt.

Sed in conterminis etiam regionibus morbus noster haud raro conspicitur. Sic Wettini, quod oppidum aeque ad Salam situm sex milliaria ab ostio ejus distat, a doctore med. Mueller, physico regio, ab anno MDCCCXVIII usque ad annum MDCCCXXXVI hi aegroti curati sunt:

Annus	Numerus aegrotorum	Numerus sanatorum	Numerus mortuorum
1818	1	1	
1822	1	1	
1823	4	2	2
1824	3	3	
1826	5	4	1
1827	3	3	
1834	6	5	1
1835	2	2	
1836	2	2	
Summa	27	23	4

Praeterea a ceteris medicis orbis Wettinensis ab anno MDCCCXXVI usque ad annum MDCCCXXXVI, ut ex litteris eorum patet, septendecim aegroti curati sunt, quorum unus mortuus est, unde apparet morbum hac in regione multo rariorem esse, quam in Calbensi. Omnibus illis viris, quorum mentio hic facta est, ob ea, quae benevole de frequentia morbi retulerunt, gratias ago quas possum maximas. Bernburgi etiam, quae urbs, pariter ad Salam sita, milliarium unum a Nienburgo distat, anthrax contagiosus saepius occurrit, quod ex Hoffmanni scriptis (1) satis apparet. Halis etiam in clinico universitatis haud

(1) I. F. Hoffmann, der Milzbrand oder contagiöse Carbunkel der Menschen etc. Stuttgart 1827.
Idem, neue praktische Erfahrungen über den Milzbrand-Carbunkel. Stuttgart 1830.

raro observatur. Ascaniae, ut Cramer testatur (1), quae urbs nonnulla milliaria a Stasfurto abest, et in locis finitimis, morbus noster existit. Imo ad inferiorem silvae Hercyniae partem extenditur, ubi eum observavit Wendroth (2). Hac quoque in regione oves magis, quam boves, lue corripi videntur.

Videmus igitur, anthracem contagiosum per magnum illius provinciae spatium diffundi, at nusquam fortasse tam frequenter observari quam in orbe Calbensi. Quibus praemissis, subjungatur

Morbi descriptio.

Homo subito in aliqua corporis parte, plerumque vestimento nuda, ut in facie, manu, brachio, collo muscae, vel culicis ictum sentire videtur, ita ut manu hunc locum petat ad depellendum insectum. Sed frustra, nam neque musca neque culex adest. Si qui affirmant, se vere muscam vidisse, raro fides iis habenda est, nam idem saepe contendunt durissima hieme, ubi talia insecta non inveniuntur, quamvis contagionem hoc modo fieri posse, negari nequit. Hunc puncturae sensum omnes aegroti sine dubio percipiunt, et si ejus non meminerunt, eo hoc

(1) Caspers Wochenschrift für die gesammte Heilkunde. Jahrg. 1836. pag. 188.

(2) W. F. Wendroth, über die Ursachen, Erkenntniss und Behandlung des contagiösen Carbunkels. Sangerhausen 1830.

explicatur, quod propter levitatem rei id negligunt aut obliti sunt. Idem ictus, etsi levior, primis horis per intervalla saepius repetitur, deinde in pruritum transit. Mox, quatuor vel sex horis a primo ictu elapsis, exiguus coloris subrubicundi tumor conspicitur, in quo medio durus nodulus, seu nucleus animadvertitur. Deinde, post quatuor vel sex horas inde a formato nodulo vesicula apparet huic insidens, quae magnitudinem seminis milliarii et colorem subrubrum habet, liquorem continens pellucidum, subflavum, vel flavo rubentem. Haec vesicula crescit et lentis magnitudinem assequitur; color ex rubro fit lividus, vel nigricans, abs quo symptomate morbus nomen pustulae nigrae, malignae, gangraenescentis, tulit. Nodulus, cui insidet vesicula, amplificatur et durior fit. Rarissime autem medicus hoc modo vesiculam conspicit, nam plerumque recens orta ab aegro propter pruritum fricando deletur. Sed sive fricando, sive sponte rumpatur, cutis vesiculae apertae subdita colorem ostendit squalidum, livido rubrum, qui post aliquot horas in nigrum mutatur. Jam conspicitur eschara sicca, quae latitudinem unius vel duarum linearum, prout prioris vesiculae magnitudo se habebat, plerumque non excedit. Qui locus si acu irritatur, aegrotus nihil sentit, quod satis docet, hanc partem jam emortuam esse. Sin hoc in stadio tota affecta pars exstirpatur et media inciditur, durus ille nigricantis coloris nucleus per totam cutem usque ad telam cellulosam descendere videtur, formam semper rotundam, disco similem, praebens. Crescit autem cum eschara, quacum arctissime cohaeret, ejusque ambitum superans sentitur. Sed redeamus ad habitum externum. Horis quatuor

irciter et viginti ab initio morbi praeteritis, pruritus de-
icit, ejusque loco aeger aliquam tensionem sentit, tumor
ugetur, puncti illius nigri peripheria tumescit, et margo
oloris albidi hunc locum cingit. Mox novae ibi vesi-
ulae nascuntur, primitivae illi simillimae, quarum non-
ullae jam lenticulae magnitudinem offerunt et nigrum
lum locum coronae more circumdant. Vesiculae eundem
ecursum, ut primigenia, sequuntur, et aut ruptae aut
xsiccatae relinquunt escharam nigricantem, quare haecce
schara conjuncta cum priore per majorem extenditur
titudinem. Mox in margine novus vesicularum formatur
rbis, quae eundem emetiuntur cursum, quo fit, ut gan-
raena indies latius diffundatur. Vesiculae interdum pisi
el fabae magnitudinem assequuntur eodemque modo, ut
angraena, tumor et durities, crescunt. Hanc speciem
ffert morbus, si decursus non turbatur. At si, quod
aepius fit, antequam medicus aegrotum videt, jam externa
edicamenta, ut cataplasmata, unguenta, emplastra, ad-
bita sunt, morbi character omnino mutatus est. Crusta
la nigra, statu naturali duritiem et tenacitatem corii
olearum praebens, emollita est et colorem squalidum,
nereum refert, margo et circulus vesicularum, super
artem escharoticam eminentes, collapsi sunt et crusta
sa summum tumoris obtinet locum. Die ab initio
eptimo morbus fastigium adeptus est, sed constitutione
egroti, loco, quem occupat morbus, aliisque causis
abitus externus et decursus variant. Crusta nigra semi
rossi, grossi, floreni, thaleri, interdum majorem assequitur
titudinem, sed semper rotundam habet formam tantam-
ue duritiem et tenacitatem, ut aegre scalpello acutissimo

incisionem facere possis. Modo pustula parva est, at tumor ingens, modo vicissim ratione latitudinis pustulae tumor minor est, modo et pustula et tumor exiguum tantum capiunt incrementum. Vulgo tamen tumor tantus est, quantus vix in ullo alio morbo observatur. Si exempli causa pustula sedem habet in facie, non solum oculi tumore omnino clauduntur, et os distorquetur, sed etiam totum caput et collum magnaque pectoris pars intumescit, ita ut facies aegroti vix humanae similis haberi queat. Simili modo collum et pectus tument, si pustula brachio insidet; tamen aegrotus magis tensionem quam dolorem conqueritur. Tumor est durus, tensus, nec digiti impressionem recipit, color ejus est nitide pallidus, vel subrubicundus, nunquam erysipelatis ruborem assequitur; rubedo adhibita pressione tarde revertitur, calor temperiem reliquae cutis vulgo non superat, nonnunquam auctus est, rarissime magnum gradum adipiscitur. Vasa lymphatica et glandulae propinquae ineunte morbo, vel serius interdum tumescunt. Septimo die elapso, morbus, quod attinet ad habitum externum, subsistere videtur, vel exiguum animadvertitur decrementum. Post nonum diem omnis tumor intra paucos dies evanescit et locus affectus brevi tempore ad naturalem habitum redit, excepta illa eschara, quae area suppurante cincta, post brevius vel longius tempus cum tela cellulosa emortua suppuratione expellitur. Remanet ulcus simplex, optimum pus secernens, formatur granulatio, et secundum majorem aut minorem ambitum breviore aut longiore tempore cicatrix, ita ut aegroti sanatio quinque septemve ab exordio morbi hebdomadibus elapsis absoluta sit. Plerumque hoc morbo nonnisi cutis et tela cellulosa

ubjecta destruitur, dum partes musculares et tendineae, asa sanguifera et nervi incolumes servantur, ita ut, si xempli causa pustulae sedes in fossa poplitea, vel ulnari st, illae partes quasi arte praeparatae conspiciantur. Iusculi ipsi, ubi exigua telae cellulosae copia adest, et ıtis cum partibus muscularibus arctius cohaeret, ganraena afficiuntur, ut interdum magna nasi aut labiorum ars totaeque palpebrae deperdantur, quamvis bulbus culi ipse plerumque salvus restet.

Plurimi, qui hac de re scripserunt, decursum morbi arie depinxerunt; quod fortasse eo declarandum est, ıod plurima aegrorum pars tum demum medicorum auxiım petit, cum morbus jam ad altiorem gradum provectus t, ipsique aegroti ineuntis morbi non meminerunt, quum opter levitatem symptomatum et propter deficientem olorem rem neglexerint. Quamvis negari nequit, secunım constitutionem aegroti et secundum locum affectum terdum citius aut tardius morbum stadia sua percurrere sse, rarissime tamen id observatur. Eadem est ratio bris morbum comitantis, quae utplurimum septimo die, ıo morbus fastigium assecutus est, intrare solet, quod mpus a variis scriptoribus varie indicatur. Omnino od ad decursum attinet, maximam similitudinem cum ccinellis morbus ostendit, quae intra idem tempus staı sua percurrunt, eodemque modo homini per contagium animalibus desumtum inseruntur. Quod autem attinet vehementiam et characterem febris, maxima observatur fferentia. Plerumque post tres vel novem horas tota ris sudore critico finitur; interdum mediocres motus rıles animadvertuntur, interdum vix ulla febris

adesse videtur. Sed nonnunquam vehementior est et characterem synochae prae se fert. Tunc frigus, initio cum calore alternans perpetuo aestui cedit; pulsus durus est, plenus, frequens, lingua sicca, rubra, aegrotus magnum conqueritur angorem praecordialem, respiratio anxia est. Mox autem, si crisis non apparet, pulsus decrescit, et in parvum, intermittentem, mutatur, accedunt dolores extremitatum, convulsiones, deliria blanda, sopor, summa virium prostratio et breviore vel longiore tempore mors. Haud raro complicationes gastricae, vel biliosae, observantur. Lingua flavo aut fusco integumento obducta est, sapor amarus. Accedunt nausea, vomituritiones, aut vomitus biliosus. In regione epigastrica, si premitur, dolorem aegrotus percipit. Interdum totum abdomen inflatur. Sed nonnunquam statim ab exordio symptomata nervosa observantur, eaque vehementissima, quod praesertim fieri solet, si pustula et tumor, qui eam circumdat, exiguam assequntur magnitudinem. Aegroti, parvam pustulam illam negligentes, ad septimum usque ab initio morbi diem optima valetudine gaudere videntur. Sed subito anxietate praecordiali terribili opprimuntur, huc illuc in lectulo corpus jactant, tegumentum nullum patiuntur. Extremitates algent, totum corpus sudore frigido viscido obducitur. Anxietas augetur, pulsus celer minor fit atque minor et mox sentiri non amplius potest, facies Hippocratica conspicitur, et jam duabus aut quatuor horis elapsis mors vitam extinguit. Haec forma morbi maximam similitudinem habet cum affectionibus, quae sequuntur morsum serpentis venenati, nec non cum cholera orientali quae dicitur sicca, quo in morbo eadem observantur sym-

ptomata. Eadem morbi vehementia nonnunquam pecora opprimuntur, „si mors ante luem venit“; nam subito prosternuntur, priusquam morbi suspicio adest. Quod mortis genus quum rarius sit, nonnulla enarrare liceat exempla, quae observata sunt Calbae.

Filius cerdonis cujusdam, quindecim annos natus, optima semper usus valetudine, in dextra gena haud procul ab aure pustula maligna affectus est, quae usque ad septimum diem vix semi-grossi magnitudinem aequabat. Tumor exiguus, dolor nullus, appetitus ciborum optimus, febris nulla aderant, et excepta affectione illa locali, nullum morbi signum observabatur. Subito septimo die aegrotus magna premitur anxietate, quam excipiunt omnia symptomata, quae supra commemoravimus: corporis jactatio, algor extremitatum, sudor frigidus, viscidus, pulsus parvus et mox nullus, dolores fixi extremitatum. Post quatuor horas mors accessit.

Puellae rusticae, sani robustique corporis, quae victum ad pastores deportare solebat, in quorum grege ovillo anthrax grassabatur, pustula maligna in sinistra gena effloruit. Initio neglexit morbum, sed admonita per alios, qui naturam morbi suspicabantur, ad urbem proficiscitur, medicum consultura. Quamvis morbus jam plures per dies persistiterat, pustula ipsa exiguum tantum assecuta erat ambitum, tumor fere nullus aderat, pulsus naturalis, praeter localem affectionem nullum morbi signum. Sed domum redux subito gravissime ex morbo laborare coeperat, apparuerunt eadem symptomata, quae in priore aegroto, et post paucas horas aegra mortem occubuit.

Ancilla hominis pelles pecoris morticini detrahendas

curantis mane in lectulo mortua inventa est. Corpore robusto et, ut videbatur, sano, die antecedente, postquam omnia negotia domestica usque ad seram vesperam absolverat, cubitum ivit. Examinato cadavere, pustula maligna vix semi-grossi magnitudinem habens sine omni tumore observata est, cui sedes erat in parte pilosa capitis supra frontem, et alia mortis causa quum investigari non posset, sine dubio mors eodem modo inducta erat, quo in exemplis modo traditis.

A loco etiam, quem pustula tenet, exitus morbi pendere potest. Si sedes est in partibus tendinosis, ligamentosis, nerveis, tetanus nonnunquam accedit. Talis casus semel Calbae observatus est.

Juvenis quidam, cerdo, jam per plures dies de sinistri pedis tumore conquerebatur. Tamen, quod magis tensionem quam dolorem loci affecti percipiebat, omnia officia exsequebatur, et pedibus, ut fieri solet, nudis in officina operam faciebat. Subito sub vesperam tetano universali correptus est, eoque acutissimo; nam post aliquot horas aegrotus diem supremum obiit. Pustula pollicem unum ac dimidium supra malleolum externum pedis sinistri sita erat.

Collum vel partes huic adjacentes si pustula occupat, propter ingentem tumorem aegrotus aut suffocatione diem supremum obire potest, aut apoplexia, quod circulatio sanguinis venosi in cerebro impeditur. Tale exemplum enarrabo.

Coriarius venit ad hominem rusticum adhuc juvenem corporis robusti et bene nutriti, pelles emturus. Hic pellem ovillam affert illique vendit. Sequente jam die

pustula maligna in superiore anteriore parte colli exorta est, paucis diebus magnum ambitum assecuta. Quinto demum die aegrotus a medico auxilium petit. Nihilo minus, omnibus adhibitis remediis, tumor et gangraena augebantur. Non solum faciem et collum tumor occupabat, sed etiam per totum fere pectus et brachium protendebatur. Deglutitio impedita erat, respiratio anxia, difficilis, oculi prominebant. Septimo morbi die suffocatione anima extincta est. Addendum etiam est, coriarium illum, qui pellem domum reportaverat, in morbum incidisse; pustulae tamen sedes erat in brachio dextro et aegrotus tempore solito salvus evasit.

Plerumque nonnisi una pustula adesse solet, interdum vero duae vel plures simul oriri possunt.

Forma et natura morbi aliis in terris secundum aëris conditionem et victus consuetudinem mutari videntur, nam carbunculus Gallicus, carbunculus Polonicus, carbunculus seu pemphigus Hungaricus, pustula livida Esthoniae, pustula Sibirica, carbunculus Fennicus, carbunculus septentrionalis, nomina sunt ejusdem morbi, qui variis in regionibus varias magis minusve inter se congruentes habere videtur formas, quod mirum esse non potest, quum videamus etiam apud nos habitum externum morbi admodum variare posse. Thaer in epidemia anno MDCCCXVIII in agro Havellandico orientali et occidentali grassante tres formas anthracis contagiosi et apud animalia et apud homines observavit. (1)

---

(1) Caspers Wochenschrift. Jahrg. 1836. pag. 250.

Prima forma erysipelatosa insignis erat inflammatione phlegmonode diffusa, in cujus superficie majores vel minores bullae oriebantur, inter se confluentes et liquorem lividum, mox in nigricantem colorem abeuntem, continentes, quarum nonnullae initio materia gelatinosa impletae erant; si incidebantur, cutis subjecta magis minusve deleta apparebat, et insequentibus diebus gangraenescebat. Febris saepe vix animadvertebatur, affectiones gastricae et biliosae aderant, aegroti magnam dedolationem et lassitudinem querebantur. Omnium haec forma mitissima erat.

Altera, quam observavit, forma vulgaris illa est, quam supra descripsi, et tam maligna erat, ut ex quinque aegrotis nonnisi unus sanaretur.

Tertia forma est, quae saepius in animalibus occurrit, insignis tumore fluctuante gelatinoso, sine omni dolore ac rubore. Hac duo tantum homines affecti sunt, qui manus illaesas sanguine vaccae, anthrace contagioso laborantis, inquinaverant. Alter eorum quarto, alter sexto post infectionem die in morbum incidit. Hic juvenis septendecim annorum, die ab exordio morbi quarto, ille quadraginta annorum die decimo quinto mortem obiit. Tumores gelatinosi illi non locum sanguine infectum obsidebant, sed apud alterum aegrotum sedes erat in parte dextra thoracis usque ad hypochondrium, apud alterum in sinistra thoracis parte, a fossa axillari usque ad costas breves. Hic tumor nonnisi primis diebus observatus est, et in decursu morbi omnino evanuit. Febris fere nulla, affectiones gastricae, vomituritiones, vomitus biliosus, summa anxietas praecordiorum, meteorismus, tormina ventris vehe-

mentissima animadversa sunt, mors subito irruit. In regione Calbensi semper forma illa supra depicta observatur, et ab omnibus, qui hoc de morbo scripserunt, vulgatissima habetur.

Cadaverum sectio.

Signa, quae in sectis tam pecorum quam hominum cadaveribus observantur, quamvis pro morbi natura aliquam varietatem ostendunt, mire tamen inter se congruunt. Cadavera intumescunt et celeriter putrescunt. Tela cellulosa prope pustulam mutata et aut in duram steatomatosam massam, colore albido, rubro, ex rubro nigricante marmoratam, conversa invenitur, aut in duram gelatinosam flavi coloris substantiam; quae gelatina non solum sub cute, sed etiam in omnibus partibus, quibus magna telae cellulosae copia adhaeret, ut circa mesenterium et omentum, exsudata et accumulata reperitur. Glandulae lymphaticae propinquae saepius tumidae sunt, colorem ex rubro nigrum habentes, earumque substantia emollita est. Pleura plerumque inflammata conspicitur, ejusque sacci et pericardium serum sanguineum, vel liquorem subflavum continent; pulmones interdum, cor et vasa majora scatent sanguine dissoluto, nigro, syrupo simili, quem aptissime Thaer cum sanguine cholera orientali defunctorum comparat, rarius coagula, materiam fibrinam coloris flavi continentia, adsunt. Cavum abdominis liquore flavo turbido impletum, peritonaeum inflammatum est. Hepar et lien aut naturali indole sunt, aut sanguine atro, qui per totum parenchyma accumulatus

est, tument, ita ut tota haec organa colorem nigrum ostendant. Eodem modo nonnunquam omentum et mesenterium alienata sunt, vel mediocriter inflammata inveniuntur. In iisdem pecorum organis non raro loca gangraenosa exstant. Pancreas, renes plerumque non mutati sunt, vel levioris inflammationis signa ostendunt; cystis fellea plerisque in casibus magnam bilis copiam continet. Ventriculus et tractus intestinalis inflammati, intestina praesertim tenuia pluribus in locis intense rubra, vel gangraenosa conspiciuntur; quae loca gangraenosa nihil aliud esse videntur, quam tumores anthracici iis similes, qui in externa cute oriuntur, nam glandulae etiam mesaraicae propinquae eodem modo degenerant, ut glandulae lymphaticae, si anthracis sedes in partibus externis est; sunt tumidae et coloris nigri. Serum illud flavum, quod in cavo abdominis est, nonnunquam etiam in intestinis accumulatur; eadem interdum magnam sanguinis dissoluti copiam, aut massam fœtidam putridamque continent.

De causis morbi et de natura contagii.

Anthrax contagiosus variis sub formis in quadrupedibus herbivoris, in bobus, ovibus, suibus, capris, equis, mulis, asinis, camelis, cervis, leporibus, sponte oritur, et causae quae morbum in his animalibus evocare possunt, jam supra expositae sunt. Contagio autem ad carnivora, ut canes, feles, ursos, imo ad aves, ut gallinaceas, ad anseres, anates, transferri potest. Cum homine etiam nonnisi per contagium morbus communicari potest.

Omnes partes animalium anthrace contagioso laborantium, cum aegrotorum, tum mortuorum, praesertim liquor ille flavus et materia gelatinosa, quae cavitatibus et tumoribus continetur, caro, ossa, sanguis, lympha, pelles, saliva, excrementa, pili, lana, morbum provocare possunt. Adgreditur igitur frequentissime homines, quibus cum pecoribus aegrotis aut mortuis ipsis, aut cum rebus ad haec pertinentibus, negotia sunt: pastores, lanios, coriarios, opifices lanificos, vel eos, qui pecori morticino pelles detrahunt. Praecipue loca tenui epidermide obtecta, aut vulnerata, vestimentisque nudata, itaque manus, brachia, pedes, faciem, collum, pectus, occupat morbus. Nec parcit sexui, nec aetati; inficiuntur fœminae et viri, senes, juvenes, infantes, homines robusti et imbecilli. Contagium fixum est, et contactu opus est, ut morbus in organismo humano evocetur. Afferam exemplum, quod translatum a pecude ad hominem contagium certissime arguit.

Anthrax contagiosus dum inter oves grassatur, puer decem annorum ejusque soror, octo annos nata, juxta ripam fluminis ovem pelle detracta jacentem vident. Pedibus prehensis pecus morticinum pueriliter per longius tempus huc illuc trahunt. Paulo post puer in utraque manu, puella in dextra manu anthrace contagioso tentantur.

Materia contagiosa si in organa digestionis ingeritur, mors subito per gangraenam ventriculi et intestinorum fluere dicitur. Greve enarrat,(1) canes illico mortuos esse,

(1) Erfahrungen und Beobachtungen über die Krankheiten der Hausthiere im Vergleich mit den Krankheiten des Menschen von B. A. Greve. Oldenburg 1818. Vol. I. pag. 48.

qui liquorem illum flavum adhuc calidum in abdomine pecoris anthrace contagioso mortui collectum devorassent. Anas, cui circiter cochlear minus hujus seri per os infundebatur, post tres horas animam exspiravit. Quaeritur autem, num usus carnis coctae homini noxius sit? Boyer (1) plura exempla enarrat, ex quibus patet, saepius homines, qui boves aegrotos mactaverint, carnemve eorum praeparaverint, anthrace contagioso correptos esse, quamvis haecce caro cocta sine omni damno comesa sit. Schlegel testatur, (2) centum homines sine detrimento carne bovum, qui anthrace laboraverint, usos esse; quibus exemplis innumera alia addi possunt. Sin cum his eos casus comparamus, qui ad vim nocentem carnis coctae demonstrandam enumerantur, non omnis dubitatio tollitur, numne insitio contagii ante coctionem contactu facta sit. Praeterea, quamvis satis certo constat, vim contagiosam hujus morbi difficillimam esse extinctu, non verisimile est, eam tanto calori submissam, non deleri; certe de alio contagio tale quid nondum observatum est. Nihilo minus vis damnifera carnis coctae nonnullis exemplis enarratis probari videtur. Commemoratur (3), usu carnis vaccae, anthrace contagioso mortuae, circiter quinquaginta homines vehementissime aegrotasse. Magna debilitas, vertigo, vomitus, diarrhoea,

---

(1) Abhandlung über die chirurgischen Krankheiten a. d. F von Textor. Würzburg 1818. Vol. II. pag. 60. pag. 72.

(2) Rusts Magazin für die gesammte Heilkunde. Vol. XVIII pag. 333.

(3) Rusts Magazin Vol. XXIV. pag. 491.

sitis ardens, gastrodynia observabantur, et quamvis omnes sanati sunt, tamen convalescentibus per plures hebdomades magna debilitas artuum remansit. Ex omnibus igitur apparere videtur, materiam contagiosam cum organis digestionis communicatam, interdum fortasse obesse, sed non eundem morbum procreare posse. In regione nostra nunquam exemplum animadversum est, quo quis ex usu carnis damnum ceperit.

Nonnulli contendunt, per gas etiam seminium contagiosum in pulmones recipi posse, sed temere. Recentissimus etiam, qui hoc de morbo disseruit, scriptor, Wendroth (l. c.), hanc sententiam defendit. Sed si perlustramus exempla, quorum permulta ad demonstrandum contagium per organa respirationis receptum, affert, omnia plane contrarium ostendunt. In omnibus illis aegrotis, ne uno quidem excepto, sedes morbi in facie, brachio, manu vel collo fuit, quibus cum partibus, vestitu nudatis, contagiosa materia facillime per contactum communicari solet. Quis autem, si quis homo, cujus in domo pelles pecoris, anthrace contagioso mortui, asservantur, in manu, brachio, facie, morbo afficitur, hoc ex argumento colligat, contagium per pulmones receptum esse. Quidni, si seminium ab organis respirationis per gas cum organismo communicatur, anthracis sedes toties in abdomine, dorso, femore erat, quoties in manu, brachio, facie? Praeterea autem nullus adhuc morbus, qui ab animalibus ad hominem transferri potest, notus est, cujus contagium per pulmones recipiatur; semper contagiosa materia fixa est, et nonnisi per insitionem ad hominem transferri potest.

Non solum animalia, quibus sponte oritur, morbum

ad homines deferre possunt, sed etiam ea, quibuscum per contagium communicatus est. Tale exemplum narrat Hartmann (1). Ursus, qui pecudem anthrace contagioso mortuam effodit, ipse morbo correptus est. Rusticus quidam ursum occidit pellemque detraxit. Domum reversus in morbum incidit et mortem obiit. Insequente tempore ista pelle quatuor alii homines infecti sunt et mortui. Ab homine quoque ad hominem morbum transferri posse, saepius observatum est. Thomassin (2) in dissertatione de pustula maligna narrat, fœminam, quae, maritum anthrace contagioso laborantem curans, digitis sero vesicularum inquinatis genas tetigerit, post duas horas tumore mox admodum increscente affectam esse. Larrey (3) commemorat, lanium septem et viginti annorum, qui anthrace contagioso genam occupante aegrotaverit, morbum cum uxore communicasse. Schlegel (4) contendit, certis observationibus esse confirmatum, morbum ab homine ad hominem transferri posse. Calbae quoque tale exemplum observatum est. Mulier, quae lanam nere consueverat, pelli ovis anthrace contagioso mortuae evulsam, dextrae genae pustula maligna vehementissime affecta est. Filiae ejus, undeviginti annorum puellae, quae multum matrem aegrotantem curaverat, die ab initio morbi matris decimo pustula supervenit. Sed forma mutata erat, nam neque discus ille durus, neque tumor observatus est. Vesicula

(1) Schwedische Abhandlungen. Vol. XXII. pag. 54.

(2) Dissertation sur le charbon malin de la Bourgogne ou la pustule maligne, ouvr. couronné par l'acad. de Dijon. 1780. Basel 1782.

(3) Larrey, mémoires de chirurgie militaire. Vol. I. Paris 1812. pag. 22.

(4) Rust's Magazin, Vol. XVIII. pag. 333.

upta, cutis subjecta colorem nigrum ostendit, eschara
icca dura non aderat. Aegrota brevissimo tempore
anata est, imo ne cicatrix quidem remansit. Ab homine
d animalia transferri posse morbum, experimentum, quod
reese (1) instituit, docet. Cuniculus, cujus cervici,
orso, cruri sinistro lympha ex vesiculis hominis anthrace
ontagioso laborantis desumta illita erat, post viginti
uatuor horas mortuus est, sed alter cuniculus, cui tribus
corporis locis, in dorso, latere et crure lympha per
item leviter acu insita erat, tribus diebus post obiit.
ectio cadaverum gelatinosam illam massam in cavo
dominis et pectoris, et in tela cellulosa sub cute depo-
tam, obtulit. Sanguis niger, dissolutus, glandulae
guinales tumidae, aliaque signa, quae huic morbo com-
tere solent, inventa sunt.

Multum disputatum est, morbus utrum nonnisi semel,
saepius hominem adoriri possit; sed res extra omnem
bitationem nunc posita est. Hoffmann (2) narrat, pa-
rem, sex et sexaginta annos natum, anthrace contagioso
ectum esse, quamvis ejus manus eodem morbo jam ante
s annos laborasset. Sed forma mutata erat, nam gan-
ena non per corium penetravit. Totus organismus
de labefactus erat.

Cerdonis uxor, ut Wendroth (3) refert, mulier robu-
e constitutionis, quadraginta duos annos nata, quae

---

(1) Greese, nonnulla de pustula maligna, Dissertatio inaug.
ci. 1835. pag. 46.
(2) Neue praktische Erfahrungen über den Milzbrand-Car-
kel pag. 69.
(3) lib. cit. pag. 178.

ante quinque annos anthrace contagioso in antibrachio dextro aegrotaverat, in eundem morbum incidit. Sedes pustulae pollicem circiter a loco prius affecto distabat, in utroque autem morbo, quod attinet ad decursum et habitum externum, solita signa eandem vehementiam exhibuerunt.

Simile exemplum Calbae observatum est. Ancilla puella bene constituta, in utroque pede pluribus locis pustula maligna affecta est. Tumor ingens adfuit, morbus, quem solet, decursum obtulit, et aegra tempore sueto sanata est. Indagatione accurate instituta, repertum est, puellam nova tibialia induisse, texta e lana, quae pelli ovis anthrace contagioso mortuae evulsa erat. Quamvis jussum erat, tibialia deleri, tamen a puella asservata et post trimestre iterum induta sunt. Sed jam altero die in utroque pede plures vesiculae ortae sunt, quae ad tertium usque diem amplificatae vix semi-grossi magnitudinem assecutae sunt coloremque nigrum ostenderunt; sed neque durities, neque tumor in circuitu observatus est Cutis subdita eundem colorem prae se tulit, sed post nonum diem pura evasit. Aegrota post paucos dies convaluit

Itaque hominem eundem saepius hoc morbo corrip posse, satis certo constat. Sed mirum est, in tribus casibus relatis bis eum forma mutata reversum esse, ita ut dispositio prima affectione diminuta esse videatur Sed nihilo minus dubium est, numne fortasse interdum diathesis omnino deleri possit. In domo cerdonis alicuju per triennium omnes incolae, excepto domino, quamvi semper contagio obnoxius erat, in morbum inciderunt ita ut sensim novem homines aegrotarent. Ille auten juvenis morbum jam sustinuerat.

Nunc ad sententiam eorum gradum facio, qui censent, anthracem contagiosum sponte in homine procreari posse. Jam Fournier(1), qui primus morbum in homine accuratius descripsit et distinxit, eum divisit secundum originem in spontaneum et contagiosum. Bayle (2) plures morbi historias divulgavit ad vindicandam originem morbi spontaneam, sed omnia, quae pro-ulit, argumenta satis a Boyer (3) refutata sunt. Recentiori tempore Barez (4) promulgavit observationem, qua morbum sine contagio ortum demonstrare studet, cujus sententiam secuti sunt Kramer (5), Thaer (6), Wendroth (7). Dicunt, infectionem multis in casibus demonstrari non posse, observari morbum in regionibus, ubi anthrax contagiosus inter pecora non reperiatur, eum saepius oriri in locis vestitu obtectis, qui contagio inquinari non possint; iisdem igitur causis, quibus morbus inter pecudes sponte oriatur, in hominibus quoque pro-reari posse.

Contagium interdum investigari non posse, facile conceden-um est, sed propterea conjicere non licet, morbum tali in asu sponte ortum esse. Nam satis constat, materiam con-

---

(1) Observations et expériences sur le charbon malin avec ne methode assurée de le guerir, par Mr. Fournier Dr. en Ied. à Dijon 1769.

(2) Considérations sur la nosologie, la médecine d'obser-ation et la médecine practique, suivies d'observations pour ervir à l'histoire des pustules malignes, par Bayle. Paris 1802.

(3) lib. cit. pag. 59.

(4) Caspers Wochenschrift. Jahrgang 1836. pag. 33.

(5) Caspers Wochenschrift. Jahrgang 1836. pag. 188.

(6) Caspers Wochenschrift. Jahrgang 1836. pag. 254.

(7) lib. cit.

tagiosam difficillimam esse deletu, eamque variis substantiis adhaerere posse, et Schoenlein(1) contendit, hominem aliquem corio subacto morbum tulisse. Praesertim omnia contagia lanae diu insidere solent, quod jam veteribus de peste notum erat, „illi enim volupe est, in lana molliter cubare." Idem de nostro morbo dici potest, praesertim quum pelles pecoris morticini non tondantur, sed lana potius eradi, vel radicitus evelli soleat. Fournier observavit, plures per annos contagium nostrum in lana delitescere posse. Calbae, quo in oppido multi lanifici opifices degunt, prae ceteris homines lanam tractantes morbo afficiuntur. Sed lana etiam texta morbum inseri posse, puellae illius bis tibialibus lana textis infectae, id quod Wendroth(2) incredibile esse dicit, exemplum evidentissime docet. Quae quum ita sint, mirum esse non potest, quod causa contagionis interdum haud investigatur. Quod autem exempla ad originem spontaneam demonstrandam prolata valde suspecta reddit, illud est, quod semper morbus loca vestitu nuda occupat. Omnibus in casibus, quos enarravit Bayle, sedes morbi in partibus nudis, plerumque in facie, observata est. In historia morbi a Barez descripta pustula maligna genam dextram occupavit, in duobus exemplis, quae Kramer enarravit, in muliere aegrota morbus palpebram, in altero aegroto frontem tenuit. Praeterea aegra illa uxor erat militis equitis Hungarici, simul sartoris negotia factitantis, quorum militum vestes pellibus ovillis muniuntur, qua ex re causa infectionis fortasse deducenda est, praesertim quum illo anno anthrax contagiosus in agris finitimis inter oves grassaretur. In omnibus aegrotis, quorum historiam

---

(1) Allgemeine und specielle Pathologie und Therapie nach Schœnleins Vorlesungen. Würzburg 1832. Vol. I. pag. 535.

(2) lib. cit. pag. 84.

Vendroth describit, ad demonstrandam originem spontaneam, edes morbi vel in facie, vel in brachio erat. Quodsi anthrax ontagiosus in illis hominibus sponte natus esset, quidni inerdum pustulae malignae sedes in abdomine, dorso, femoribus, bservata est? At vero, si morbus illis in locis invenitur, concere tamen non licet, sponte ortum esse, nam digiti inquinati ontagium ad quamlibet corporis partem transferre possunt, uod haec historia probat. Cerdones duo Calbenses Stasfurti agnum pellium ovinarum numerum emunt. Quum domum ssent reversi, alter eorum pelles per uxorem, filium et anllam a carpento auferri jubet. Mox uxori in ménto, filio in onte, ancillae vero in femore pustula maligna effloruit. Postea rvus quoque, qui pelles illas tractavit, proxime ab auricula nistra morbo affectus est. In domo âlterius cerdonis per olam ancillam pelles auferebantur, cujus gena infectà est. dagatione instituta innotuit, filium quoque hominis illius, qui lles vendiderat, puerum sexennem, qui aures et ungues illis llibus absciderat, morbo laborasse, sed sedem pustulae prope xtrum oris angulum fuisse. Omnes aegroti illi, excepta cilla, cujus femur affectum erat, morbum in locis vestimento dis tulerunt, sed nemo contendet, anthracem contagiosum cillae sponte natum esse, nam digitis inquinatis morbus facile mori impertiri potuit. Praeterea in universa pathologia nulla alogia invenitur. Nam omnes alii morbi, qui ab animalibus humanum genus transferuntur, nondum spontanei in homine servati sunt. Quis jam vaccinellam sponte natam in homine lit? Quis rabiem caninam, quamvis hydrophobia, symptoma jus morbi, in aliis affectionibus apud hominem conspicitur? ntagio mallei humidi et farciminosi in homine nascitur mors, qui nondum spontaneus observatus est. Homo et alia malia scabie aegrotant, sed scabies si ab equo, cane, i cum homine per contagium communicatur, aliam naturam

ostendit, quam scabies homini propria, nam et faciem par-
tesque pilosas occupat, et post tempus sex vel octo hebdo-
madum sponte cedit. Quae omnia, ut equidem censeo, sati
demonstrant anthracem contagiosum in homine sponte nasc
non posse.

Diagnosis.

Quum nonnisi contagium sufficiat ad inferendum homin
morbum, aetiologia ad diagnosin confirmandam maximi es
momenti. Praecipue invadit homines, quibus cum animalibu
anthrace contagioso laborantibus, vel cum rebus ad illa per-
tinentibus, negotia sunt, et plerumque occupat nudas corpori
partes. Primo initio, si sensus puncturae ab aegroto animad-
vertitur, morbus facile cum ictu insecti, muscae vel culicis
confundi potest, sed origo contagiosa, reditus illius sensu
periodicus, diagnosin certiorem reddunt. Formato autem dur
illo disco et orta vesicula huic insidente, nemo, qui unquan
morbum observavit, de natura ejus dubius haerebit. Nan
rupta vesicula, si cutem subjectam acu irritas; ab aegroto i
non sentitur, quod signum peculiare indubitatam reddit dia-
gnosin. Praecipua momenta, quibus morbus per decursum a
aliis distinguitur, sunt: eschara sicca dura, orbis vesicularur
lividarum, gangraena ab externis partibus ad profundiore
transiens, rarius musculos corripiens plerumque in tela cellu-
losa subsistens, ingens loci affecti tumor, qualis vix in ali
conspicitur morbo, maxima hujus tumoris durities, sine magn
inflammatione et dolore, ita ut, instrumentum acutum si in-
figas, aegrotus vix sensum percipiat, affectio totius organism
quae semper sequitur localem, decursus certus, quo morbu
stadia sua absolvit.

Magna similitudo, quam morbus noster, praesertim i

ecoribus, cum peste orientali alit, satis perspicua est, si omparamus pustulam malignam cum carbunculo pestilentiali. Eodem modo hic orditur dolore pungente, deinde oritur vesiula parva sine inflammatione, semper crescens et escharam iccam nigram relinquens, quae interdum volae manus magniudinem assequitur. Sed symptomata, quibus hic morbus a ostro differt, sunt: dolor vehemens, quem in circuitu eschaae gangraenosae aegrotus percipit, et rubor tumoris, non antam amplitudinem assequentis. Praeterea carbunculus pestientialis plerumque abdomen, dorsum, pectus, collum, femora, unquam partes pilosas occupat, gangraena utplurimum et usculi afficiuntur. Sed hi morbi jam propterea confundi non ossunt, quod carbunculus pestilentialis semper pestem comiatur hujusque morbi symptoma est, dum noster morbus semer fere sanos nonnisi homines aggreditur.

A morbo, quem homo per contagium ab equis malleo umido aut malleo farciminoso affectis recipit, multis in rebus orbus noster differt, et nihil fere commune habet quam oriinem ex contagis animali. In malleo primum febris, tunc ffectio localis oritur, in anthrace contagioso contrarium obseratur. In illo morbo major loci affecti rubor apparet, et egrotus levissimo tactu vehementem dolorem percipit, ganraena non semper observatur, tumor non tantam duritiem abet, eschara gangraenosa sicca, dura et orbis vesicularum on adsunt. Sin inflammatio per vasa lymphatica superficialia t profundiora profertur, ita ut sub finem morbi totum systema mphaticum aegrotet, si, ut in malleo humido equorum, materia ucosa ex naribus defluit, hic morbus cum pustula maligna onfundi nullo modo potest. Praeterea noster morbus certum ecursum absolvit et semper fere octavo die hominem interci, malleus vero vel die decimo septimo, vel decimo octavo, nterdum post octavam hebdomadem aegrotum necat; si in

sanitatem transit, aegrotus demum anno dimidio vel anno elapso ad pristinam valetudinem restituitur.

A gangraena nosocomiali morbus noster eo differt, quod illa nonnisi vulnera et ulcera invadit. Contagium ejus non solum contactu, sed etiam per distantiam propagari potest. Pustula maligna exiguum, gangraena nosocomialis vehementem dolorem efficit. Tumor ingens, eschara nigra, sicca, tenax, orbis vesicularum in anthrace contagioso, color cinereus et materia viscosa, qua superficies ulcerosa in gangraena nosocomiali obtegitur, denique odor huic morbo peculiaris, diagnosin confirmant.

Priore tempore anthrax contagiosus cum carbunculo vulgari confundebatur. Sed hic nonnisi causis internis nascitur, ille foris per contagium homini infertur. Carbunculus est symptoma morbi universalis, et affectio localis comitatur febrem, in anthrace contagioso res plane contraria est, nam hoc in morbo affectio totius organismi semper affectionem localem sequitur. In illo morbo magna inflammatio tumoris et acerbus dolor observatur, hoc in morbo aegrotus magis tensionem, quam dolorem sentit, et tumor exiguum ruborem ostendit. Vesiculae in utroque morbo conspiciuntur, sed in carbunculo non orbem illum formant. Praeterea eschara nigra tenacissima, gangraena a superficialibus partibus ad profundiores transiens, certus decursus, qui in carbunculo non observatur, diagnosin satis evincunt.

Furunculum rubicundus et dolorificus tumor, nec non gangraena deficiens satis a pustula maligna distinguunt.

In erysipelate gangraenoso initio febris e causis internis orta adest, tumor colorem laetius rubentem ostendit, et morbus magis per latitudinem, quam altitudinem extenditur, vesiculae, quae apparent, dispersae sunt statimque majorem ambitum obtinent, gangraena nec initio morbi observatur, nec eschara

ca rotunda nascitur, quibus momentis hic morbus satis ab thrace contagioso differt.

Prognosis.

Morbum non tam funestum esse, quam vulgo putatur, e tabulae ostendunt, ex quibus patet, ex centenis aegrotis aternos tantum vel quinos homines mortuos esse. Praesam hujus morbi secundum tempus, quo medicus aegrotum t, secundum locum, quem occupat morbus, et secundum mam et naturam pustulae variat. Quamdiu morbus localis , et tumor locusque partis affectae exstirpationem radicalem cultri vel cauterii admittit, prognosis perbona est, nam in casu ulcus simplex remanet, nec ullum morbi signum servatur. Sed quamvis nescimus, quamdiu morbus localis tamen experientia satis docuit, excisionem quarto a morbi io die fere optimo semper cum eventu administrari. Sin isione morbus extingui nequit, prognosis dubia est, et us a natura pustulae et loco affecto pendet. Pessimum est, am retulimus, si pustula usque ad septimum diem exiguum itum assequitur, si tumor parvus, vel fere nullus apparet, d si accidit, aegrotus subita et inopinata morte opprimitur. morbus collum occupat, exitus facile lethalis accidere po-, quia propter ingentem tumorem ideoque impeditam respionem aeger aut suffocatione, aut, propter circulationem guinis venosi in cerebro praepeditam, apoplexia mori solet. aliis in locis ortus est morbus, minus periculosus est, quamsi partes tendinosas, aponeuroticas, nerveas occupat, nc et tetano homo succumbere potest. Pustula maligna si circuitu oculi, vel in palpebris sedet, nonnunquam organa ymalia, vel, quod rarius fit, bulbum oculi ipsum destruit,

saepe ectropium vel lagophthalmus remanent. Mulieres gravida abortum facere dicuntur. Praeterea ad prognosin dirimendam aetas, constitutio aegroti, praesertim character morbi universali respicienda sunt.

Prophylaxis.

Curationem prophylacticam maximi momenti esse, nem dubitabit, quia satis certo constat, morbum nonnisi per co tagium homini inferri. Receptio contagii duplici modo impedi potest. Primum animalia ab injuriis, quae anthracem conta giosum gignunt, tuenda sunt, quo morbus aut omnino pr hibeatur, aut coerceatur, tum, si anthrax contagiosus inter pecor grassatur, dispiciendum est, ne ad hominem materia contagios transferatur. Sed quum jam multi hac de re admodum fus scripserint, et civitas multa edicta huc pertinentia promulgaveri equidem totam hanc rem omittam.

Curatio.

Morbo nostro laborantes modo diversissimis, modo null adhibitis medicamentis sanatos esse, quam videamus, conjice licet, multis in casibus vim naturae medicatricem maximi m menti esse, tum vero curationem non semper eandem es debere, sed respicienda stadia morbi, ejus naturam, et cons tutionem aegroti. Sed ne commentatio nostra fusior fi variorum scriptorum sententias omittamus, atque ea afferamu quae nobis ratione et experientia probari videntur.

In quovis morbo curando princeps semper indicatio ea es ut causam removeamus. Cui indicationi si satisfacere nequ

us, morbum ipsum aggrediamur, necesse est. Contagium
uum semper per contactum cum homine communicetur et
orbus universalis semper ex loco infecto oriatur, nil satius
st, quam ut extinguatur et auferatur materia contagiosa, quo
tius organismi affectio prohibeatur. Sed quaeritur, quibus in
asibus huic indicationi satisfaciendum sit, deinde, quonam
odo operatio ad removendum contagium instituenda. Quamvis
erta non exstant signa, quibus cognoscatur contagium resorptum
t per totum corpus diffusum, tamen experientia docet, opera-
one ante diem quintum ab initio morbi instituta semper fere
orbum universalem prohiberi posse. Praeterea tumor post
uartum diem major devastationem totius affectae partis ple-
mque vetat. Quonam autem modo contagium optime exstin-
uemus? Quomodo optime removebims? Remedia mechanica,
hemica, dynamica proposita sunt. Nobis autem excisio pluri-
us in casibus praeferenda videtur, quae ita instituatur,
t tota pars tumida atque indurata exstirpetur. Nam cultro si
timur, limites incisionis certius terminari possunt, quae res,
raesertim si pustula maligna organa majoris dignitatis occupat,
exempli causa in circuitu oculi nascitur, summi momenti est.
artes igitur sanae, et quidem aliquot lineas a partibus aegrotis
cisione petantur, quae usque ad musculos descendat. Quodsi
erspici nequit, quam alte penetret morbus, excisio cauteriis
djuvetur. Sin morbus localis in universalem abiit, praesertim
a forma pessima, qua pustula parum crescit et tumor exiguus,
el nullus adest, cauterium actuale, vel potentialia adhibeas.
abet enim, ut Schönlein dicit, qui anthracem contagiosum
europhlogosibus adnumerat, morbus hic vim quandam centri-
ugam, quod conamen, materiam noxiam in loco affecto secer-
erdi, si natura suis viribus perficere nequit, cauteriis valde
djuvatur. Hac igitur utamur medendi ratione, non qua partes
orbosas deleamus, sed ut inflammatione peripherica ab internis

organis morbus removeatur. Quod optime efficitur cauterio actuali, quamvis aegroti ejus usum valde timent. Inter cauteria potentialia sunt praestantissima kali causticum et liquor stibii muriatici, quia satis alte penetrant; sed kali causticum nonnulla incommoda affert, nam saepe fines debitos excedit, et sanas partes corrodit. Argentum nitricum fusum, minus alte penetrans, atque acida vegetabilia et mineralia, certe illis remediis postponenda sunt. Applicationem cucurbitularum et scarificationum mittamus, non solum semper supervacaneam, sed interdum etiam noxiam. Commendantur praeterea medicamina gangraenam cohibentia et resorptionem contagii impedientia, qualia imprimis sunt acida mineralia atque vegetabilia, praecipue natrum muriaticum oxygenatum et aqua oxymuriatica. Non plane fortasse negligenda sunt aqua calcis, pulvis carbonum, myrrha, camphora, olea empyreumatica, remedia adstringentia, excitantia, volatilia, denique fumigationes e mastiche, e styrace, e myrrha, olibano, baccis juniperi. Quodsi affectio localis excisione, vel cauterio deleta, aut eschara gangraenosa suppuratione ablata est, ulcus solito et simplici modo curetur.

Toto organismo turbato, ea remedia eligenda sunt, quae respondeant characteri dynamico. Quamvis interdum, praecipue initio, febris synochica adsit, tamen obliviscaris nolim, eam facile in torpidam transire et plerumque formam typhosae putridaeque induere, Cautissime igitur adhibeatur apparatus antiphlogisticus, praecipue sanguinis missio universalis et localis. Idem ad salia neutra pertinet. Si organa gastrica morbo affecta sunt, modo emetica, modo laxantia remedia, modo clysmata in usum vocanda sunt. Emetica a nonnullis medicis vituperata saepissime optimum fructum praebent, non modo quod saburras cruditatesque ex organismo projiciunt, totum corpus concutiunt, circulationem per systema venaetarum adaugent, sed imprimis quod circulationem peripheri-

cam adjuvant, quod in omnibus morbis contagiosis maximi momenti est.

His adhibitis medicamentis, locum obtinent ea remedia, quae et antiphlogistica et antiseptica laudantur, imprimis acida mineralia et vegetabilia, quae tibi jam arrident, si sanguinem nigrum dissolutumque hominum hoc morbo infectorum respicis, quae sanguinis indoles etiam hydrargyri usum omnino vetat. Imprimis nominaverim acidum muriaticum, acidum sulphuricum, mixturam sulphurico-acidam, tincturam aromaticam acidam, quibus adjiciatur aqua oxymuriatica, praecipue si aestus ingens, sitis vehemens, deliria furibunda et actio systematis vasorum adaucta observatur. Si vires admodum prostratae jacent, si extremitates algent, si cutis turgore vitali caret, si sudor frigidus viscidus corpus obducit, si signa dissolutorum corruptorumque humorum sunt perspicua, si pulsus parvus, debilis, tardus reperitur, vel omnino exploratione non tangitur, cortice chinae utaris, cui optime tincturam aromaticam acidam, serpentariam, valerianam atque aetherea adjungas. Radicem quoque caryophyllatae, corticem cascarillae, radicem colombo, imprimis si alvus nimis est soluta, chinae decocto vel infuso addas. Excitantia volatilia, brevibus spatiis interjectis, aegroto suppeditanda sunt, quibus nervorum vis nimis oppressa suscitetur, qualia sunt valeriana, arnica, imperatoria, camphora, oleum cajeputi, castoreum, moschus, praeparata ammonii, olea aetherea atque empyreumatica.

VITA.

Fridericus Guilelmus Herbst, A. MDCCCIX die XXIV mensis Aprilis Calbae ad Salam natus sum, patre Joanne Henrico, doctore medicinae et physico regio, matre Friderica e gente Bertrand, quos parentes adhuc vivos toto pectore amo. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum elementis in urbe patria imbutus, annos decem natus gymnasium petii Bernburgense. Quod quum per sex annos frequentassem, scholam provincialem Portensem adii, quae tunc temporis rectore Beat. Ilgen florebat. Inde, testimonio maturitatis munitus, autumnali tempore A. MDCCCXXX Berolinum me contuli, ubi, artem Hippocraticam professurus, a rectore magnifico Beat. Hegel in civium academicorum numerum, a Decano spectabili Hufeland in album facultatis medicae receptus sum. Per annum in hac litterarum sede moratus

scholas Ill. Schultz de encyclopaedia et methodologia, Beat. Rudolphi cum de anatomia universa, tum de anatomia organorum sensuum, Cel. Turte de physice, Ill. Mitscherlich de chemia, Ill. Lichtenstein de zoologia, Ill. Ritter de logice audivi. Anno MDCCCXXXI Halam profectus a prorectore Ill. Heffter civibus academicis adscriptus apud decanum spectatissimum Dzondi nomen professus sum. Per annum et semestre ibi his scholis usus sum: Beat. Meckel de anatomia universa, Beat. Sprengel de botanice, Ill. Krukenberg de pathologia et therapia universali, Ill. Blasius de chirurgia. In cadaveribus secandis Beat. Meckel et doct. Moser duces mihi fuere. Tum Berolinum reversus sub auspiciis Ill. Steffens, rectoris magnifici, et decani spectabilis Busch inter cives academicos receptus sum. Scholis adfui Ill. Mueller de physiologia, Cel. Froriep de anatomia chirurgica, Ill. Juengken de chirurgia, Ill. Osann de materia medica, Ill. Busch de arte obstetricia, Exper. Isensee de pathologia et therapia speciali. Ducibus Cel. Truestedt policlinicum chirurgicum et medicum, Ill. Rust et Cel. Dieffenbach clinicum chirurgicum, Beat. Bartels et Cel. Wolff clinicum medicum, Ill. Juengken clinicum ophthalmiatricum, Ill. Busch obstetricium frequentavi. Quibus omnibus viris illustrissimis pro summis de me meritis gratias ago quam maximas.

Praeterea inde a mense Junio A. MDCCCXXXIV per annum, ut reipublicae satisfacerem, in legione praetoria pedestri secunda chirurgi militaris officia sub auspiciis medici legionarii Exper. Lesser praestiti.

Jam vero tentaminibus, tam philosophico quam medicis atque examine rigoroso superatis, spero, fore, ut dissertatione thesibusque publice defensis, summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

THESES.

1. Methodus medendi quo simplicior, eo magis rationalis.
2. Inflammatio asthenica non existit.
3. Omnia contagia, quibus morbi ab animalibus cum hominibus communicantur, nonnisi contactu inferuntur, et morbi quos gignunt, non sponte in homine nascuntur.
4. In gangraena pulmonum circumscripta ipsa gangraena non sequela inflammationis, sed inflammatio, quae adest, sequela gangraenae.
5. Mercurius optime Venerem debellat.
6. Sectio obliqua a Blasio nuper commendata aliis amputandi methodis semper postponenda, ideoque omnino rejicienda est.